Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26140
Copyright: Admont, Benediktinerstift



namq; interpratur auster: sui loquens. naama decor: Austrum auem uentum calidum esse quia nesciat. Heretici qui ardentem appetunt sapere. quasi plusq. nesciunt esse student calere. desidia quippe temporis a frigoris. a rursum inquietudo immoderate curiositatis. intemperato ecordant. calori. Quia quia amplius quam debent calorem sapientiae percipere appetunt. ab austro uenire referunt. Abhoc calore immoderate sapientiae mites fidelium paulus temperare curauerat cum dicebat. ne plus sapere quam oportet sapere. sed sapere ad prudentiae sobrietatem. Hinc est. quod dauid uallis salinarum percussit. uidelicet quia redemptor nr suae districtionis examine in his quod de illo praua sentiunt. stultitiam immoderati saporis extinguit. Sin autem dr loquens. Calorem quippe non ut bene uiuant. sed ut clare loquantur habere desiderant. A thema quod a sui id est a calore et a loquacitate uenire referunt. quia per hoc quod scriptura se studiosos exhibent. soli uerbis loquacitatis non autem uiscerib; caritatis calent. Naama u interpratur decor. Quia cum docti non esse sed uideri appetunt. exercitationis uerbis speciem bene uiuendi sumunt. a per calorem loquacitatis in se imaginem ostendunt decoris. ut cum per decorem linguae puersa facile persuadent. quo sine ditate uitae sensum callidae occultant. Sed neq; ipsa locorum nomina inordinata sunt narratione distincta; primum cum thema post modum sui. ac deinde naama ponitur. quia prius illos inordinatus calor accendit. mox deinde loquacitatis erigit. a tunc demum decoros hominibus ypocrisis ostendunt. Conducerant cum ut uenientes parum uisitarent cum a consolarentur. Condicunt sibi heretici quando praua quedam contra ecclam concordium sentiunt. a in quib; a ueritate discrepant. sibi in falsitate ecordant. O miseri aut qui nos de aeternitate erudiunt. qd aliud faciunt. nisi in pegrinationis nrae nos afflictione esolantur. Heretici autem quia seam ecclam sua docere desiderant. ad ea quasi esolantes adpinquant.

necesse